consentiendum esse non dubitavimus consentimusq[ue] hisce literis n[ost]ris
Ita cum supramemorato D[omi]no Ep[iscop]o coadiutor fuerit adoptatus alijs nostris
eadem literis non expectatis atq[ue] adeo etiam si forte prius Dominus
Episcopus mortuus fuerit quam eius Coadiutoriae diploma a Sancta
Sede Ap[osto]lica desertatus Episcopatus Cosnariensis adipiscendi plenum
ius sit habitum.

Limitatio.

Significamus etc. quia nos causam et actionem ex citatione n[ost]ra
Literali ad Iudicium n[ost]rum hic ad praesens devolutam inter Gen[eros]um
N. Aulicorum n[ost]rum Actorem ex una et Venerabilem et Religiosos
Abbatem totumq[ue] Conventum N. Monasterij citatos par ab altera R[ati]one
vadionum Ducentorum flor[enorum] ob non solutionem pro duabus ratis Annorum duorum
prox[ime] praeteritorum unius videlicet Anni D[omi]ni N. alterius vero N. Summae es-
sentialis seu capitis Centum flor[enorum] per olim antecessorem ipsorum citatorum Ve-
nerabilem olim Abbatem N. eidem Gen[eros]o N. apud acta castrensia N. pen-
sionis annuae nomine in annos singulos ad tempora vitae suae inscriptae
et obligatae succumbitorum designatae et solutionis consensu ipsarum
partium hinc ad Vigesimum diem post Felicem n[ost]rum ex Magno Ducatu
Lith. in Regnum ingressum limitandam et prorogandam duximus limitamusq[ue]
et prorogamus p[raese]ntibus. Pro quo quidem die et tempore supra scripto habi-
turae sunt partes p[rae]fatae coram nobis et Iudicio n[ost]ro ubicunq[ue] locorum
pro tunc cum Curia n[ost]ra feliciter constitueremur eundem comparendi ter-
minum quem hic ad p[raese]ns vigore citationis p[rae]fatae habuerunt vel ha-
bere debuerunt. Nullius partium iuribus laesis imo salvis et in
vigore suo conservatis. In q[uo]rum etc.

Condonatio culpae homicidij

Notum testatumq[ue] facimus quorum scire interest Universis et sin-
gulis Ditionum nostrarum hominibus Graviter nos quidem molesteq[ue] tu-
lisse quem Nobilis N. Cancellariae n[ost]rae Notarius Honestum N.
occidisse dicitur sed tamen postea cum non consulto sed fortuito
seseq[ue] defendendo eam caedem illam fecisse ex Consiliarijs nostris qui
nobis pro illo diligenter supplicaverunt Non ignorantes pecca[ta] non
censeri neq[ue] dici peccata nisi sint voluntaria adducti sumus ut pro
solita clementia n[ost]ra praefatum Nobilem N. omne hoc caedis eiusmodi
tum culpamq[ue] et poenam condonandam duceremus sicuti iam hisce
literis nostris condonamus et remittimus absolvendo eum liberumq[ue]
sententia n[ost]ra Regia eo nomine esse et perpetuo fore pronunciantes
Ea tamen lege et conditione ut cum consanguineis interfecti
transigere cum de homine occiso et in gratiam redire omnino
volumus In cuius etc.

Condonatio pertucrorum

Significamus etc. Impetrasse a nobis Magnum N. aliosq[ue]